

A2

*The emperor Galba explains to his chosen successor that there is no longer an alternative to the principate and that adoption is better than dynastic succession.*

“si immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore posset, dignus eram a quo res publica inciperet: nunc eo necessitatis iam pridem uentum est ut nec mea senectus conferre plus populo Romano possit quam bonum successorem, nec tua plus iuuenta quam bonum principem. sub Tiberio et Gaio et Claudio unius familiae quasi hereditas fuimus: loco libertatis erit quod eligi coepimus; et finita Iuliorum Claudiorumque domo optimum quemque adoptio inueniet. nam generari et nasci a principibus fortuitum, nec ultra aestimatur: adoptandi iudicium integrum et, si uelis eligere, consensu monstratur. sit ante oculos Nero quem longa Caesarum serie tumentem non Vindex cum inermi prouincia aut ego cum una legione, sed sua immanitas, sua luxuria ceruicibus publicis depulerunt; neque erat adhuc damnati principis exemplum.”

TACITUS *Histories* 1.16

*libro, -are*: “to hold suspended”, “balance”, “poise”

*tumeo, -ere*: “to be swollen with conceit, presumption”

*Vindex*: Gaius Iulius Vindex, a provincial governor who revolted from Nero

[TURN OVER